

1684.

1. Fickius, Sebastianus: De cursu publico ejusque jure

2. Smit, Henricus: De clericali

1685

3. Stalley, Thomas: De mora

1685

2. Wolff, Johann Fridrich: De forensibus et jus statuta,

7 in relatis

1686.

1. Barthius, Gottfriedus: De beneficiis obtinendis

hereditate patrum et effectum retinendis totum

acceptum

2. Buntz, Johannes: De absente pro mortuo declarando

ejusque acquirenda hereditate

3. Stegerus, Adrianus: De epistola huiusmodi

1687.

1. Linsnerus, Gottfriedus: De cautione De uno esse

2. 2. 2. 2.

1689.

Battierus, Joh. Jacobus: De suppliciis et eorum jure

1690.

Battierus, Samuel: De generatione hominis

1691.

1. Liepoldt, Joh. Nicolaus: De meritis illicitis. 2 Bndl.

2. Riberus, Joh. Henricus: De causis in quibus ex active

fit res et vice versa

1692.

Steykhus, Joh. Samuel: De bona fide ad praescriptis

nam actionum necessaria

1693.

Voit & Berg, Leonhardus Fridericus: De condemnatione

absentium

1695

1^a Fesdrus, Joh. Jacobus: De factis officialium

quatenus dominus Senatus. 2 Bndl

2. Gaeter, Johann : De concessionibus veniarum aetatis.
1699.

Tellerus, Reynardus : An mercatura uolubilitatem
absciet

1701 -

Braun, Johann Neuman : De alienatione fundi
collectibilis

1704.

Gysi, Jacobus : De temperamento

1

✓

10

✓

10

1.

2.

1

✓

1

7

✓

✓



1,277.
adfr. d. 1047. 17
559
1699

DISSERTATIO POLITICO - JURIDICA
DE CELEBRI QVÆSTIONE

AN

MERCATVRA
NOBILITATEM
OBFVSCET

cujus negativam

DEO AVXILIANTE

JVBENTE MAGNIFICO atq̃ue AM-
PLISSIMO IN'ILLVSTRI RAVRACA
JCTORVM ORDINE

pro

*Obtinendo legitimè summo in utroque Jure
Doct̃oris fastigio*

Omnibusq̃ue Privilegiis Solenni Eruditorum

discussioni proponit

RAYMVNDVS PELLERVS,
Norimbergensis.

Ad D. Novembr. M DC IC.

loco horisq̃ue solitis.



BASILEÆ,
TYPIS JACOBI BERTSCHII.



Q. D. B. V.

CAP. I.

De 'Ονομασολογία, i. e. Etmyologia, Homonymia & Synonymia agit.



Qui de re aliqua tractationem suscipiunt Acedemicam, laudabili instituto nominis notationem præmittere solent, Juris Civilis Conditorum in eo nequaquam destituti exemplo, ceu patet ex §. 5. *J. q. m. jus pat. potest. solv. pr. J. de testam. §. 2. J. de oblig. quæ ex delict.* aliisque similibus locis. §. Magnam quippe rebus 2. ipsis lucem nominis evolutio scenerari solet :

Et facile alias, quia ob rerum abundantiam, verborum autem penuriam, diversæ res iisdem vocabulis exprimi debent, summa confusio rebus ipsis induceretur. §. Illa ut nos evitemus breviter, hoc officio, quantum instituti ratio permittit, paucis defungemur, à *Mercatura* voce orsi, quæ à verbo *Mercari*, i. e. emere vendere, natales suos repetit. §. Mercator autem nobis hic audit, non qui semel aut bis mercaturam exercet; ex uno enim actu, nisi præcesserit professio, seu immatriculatio *Bald. in rubr. C. de const. pec. n. 21. vers. & hoc verum, &c.* non dicitur mercator. *Gratian. 2. disc. 213. n. 56.* sed frequenti & assiduâ exercitatione ejus se talem probaverit, *arg. l. 3. 4. 5. & 6. ff. d. LL. non minuatim, Gallis, en detail, i. e. ad ulnam, mensuram, numerum vel pondus merces distrahens, quod popolarum proprium, sed cum aversione magnam patrimonii partem in negotiationem impendit, l. 5. de muner. l. 5. §. 8. de Jur. immunit.* merces in maximâ quantitate habens, ut

eas in copia rursus divendat : quos Galli *en gros* negotiari di-
 cunt : nonnemo cum Apulejo 1. *Metamorph. b.* Latinè, *Magna-*
rios, magnâ Mercaturâ claros, vocaverit, contra distinctos non
 tantum Propolis, sed & Scrutariis, Trivolariis, Trödlern/
 item Venalitariis, *Sonnen-Krämern* / qui uno feretro omnes
 suas merces simul exportare, & in alium locum transportare
 possunt, *Berlich. p. 2. dec. aur. 292. n. 18. 19.* Et quidem non mu-
 tatâ per se formâ, quod ad artifices & opifices spectat, *per c.*
ejiciens. 88. Surd. d. 313. n. 1. nec alieno, quos Institores appel-
 lant, vulgo *Factoren* / sed proprio nomine, *per l. 8. §. 1. ibi:*
qui presentes negotium exercent, de vacat. muner. l. ult. ibi: Si modo
per semet. de Excus. Tut. Add. Marquard. de Jure Mercat. L. 1. C. 7.
 5. §. Vocantur Mercatores etiam *Negotiatores* : *conf. Panorm. conf.*
 6. *incip. casus super quo, in fin. vers. ille enim propriè dicitur negotiari, Lib.*
 1. licet apud Romanos olim propriè *Mercatores* dicerentur, qui
 Romæ domicilium habentes, interdum exportandarum vel
 importandarum mercium causâ in provincias excurrebant.
Negotiatores verò erant quidem cives Romani, sed qui in pro-
 vinciiis fortunarum sedem posuerant; sicut rarò in urbem, nisi
 censendi causa venirent; quales erant aratores, pecuarii, ar-
 gentarii, &c. *Cic. in Verr. 3. Calv. in Lex voc. Mercatores.* Merca-
 tores *Magnarios* etiam appellitant. Græcè, *Μεγαλεμπόρος*. Ita-
 licè, *Fondaghieri all'ingrosso*. Germanicè *Kauff- und Hans*
 6. *dels-Leuth.* §. Ad alterum nunc divertimur quæstionis no-
 stræ vocabulum, *Nobilitatis* vid. enodandum. *Nobilis* rectè dici-
 tur, quasi non vilis : Tum quod hæc transmutatio eliso *n*
 finali & *v* initiali in *b* verso Grammaticè facile fieri pos-
 sit & soleat, docente id Vossio de *Arte Gramm. L. 1. cap. 28.* ex
 vetustis lapp. & libris. *B.* enim ponebant pro *V.* & *V.* pro *B.*
 utriusque exemplum in *vobem* quod in Pandectis Florentinis
 ponitur pro *bovem*; Tum quod viles & nobiles in *Auth. Prasides*
in pr. C. de Episcop. aud. & l. ingenuæ 3. C. de Murileg. sibi opponantur;
 7. viles autem & ignobiles in *N. 90. c. i.* conjungantur. §. No-
 tatio autem quâ *Nobilis* quasi noscibilis, à noscendo deduci-
 tur, paulò violentior est, & magis Logica, quam Grammatica.
 8. §. Sumitur vox *Nobilis*, vel generalissimè, quatenus denotat
 id,

id, quod in unoquoque genere excellit, sive bonum quid sit & pulchrum: Sic *Magnus & nobilis Rhetor Isocrates fuit*, Cicer. *Adolescens aded nobilis*, Ter. sive turpe & flagitiosum: Sic *Cic. IV. Verr. nobile facinus*, Livius *lib. XXXIX. nobile scortum* dixit. §. Vel 9. generaliter & late, quo significatu comprehendit omnium ordinum Principes, rerumque potentes; præter nobiles in specie ita dictos, etiam Duces, Marchiones, Comites, Barones: licet hi hodie majoris dignitatis titulo veniant, uti pluribus docet *Jos. Nolden, Diss. Bas. Vol. 10. Dissert. de statu Nob. Civ. Th. 11.* & in hoc sensu, imprimis verò subsequenti specialiori, nobilitatis vocabulum in præsentia quæstione nobis sumitur. §. Vel 10. specialius & strictè, quatenus post Barones & ante plebejos proximum & intermedium ordinem tantum significat. Plures hujus vocabuli specialiores significationes vid. apud *Pet. Fritze Diss. Bas. Vol. IV. Diss. de Nob. Civ. Th. 2.* §. Nobilis Germanis 11. dicitur *Edel & Junckherz* per Synœresin, quasi *junger Herr/ novus dominus*: vel ut *Schved. part. spec. Sect. 2. c. 18.* loquitur quasi ætate, & robore juvenili pollens, armis rebusque gerendis aptior heros seu dominus. Nobilitas *Udel/ & in latiori significatu, die Ritterschafft.*

CAP. II.

Mercatura Jure Naturali, Gentium & Divino approbata, adeoque honestissimum vitæ genus est.

§. Excussâ ὀνομασολογίᾳ, rem ipsam aggrediamur. Mercaturam esse vitæ genus ingenuo & nobili Viro indignum, non saltem vulgi, sed plerorumque etiam digniorum hominum mentibus erronea illa & tantum non publicè perniciofa, infedit opinio, vid. *Tiraq. de Nobil. cap. 33. n. 20.* §. Cui quorundam Mercatorum variis sceleribus inquinatum, in sordium pulvere subrepentium, & iniquo lucro unice inhiantium nævi ansam dedisse videri possit. §. Verum nec horum nos approbamus carcinomata, sed cum *Klockio de Ærar. L. 2. c. 25. n. 11.* sentimus, quod negotiatio, etiamsi lucrum adferat,

A 3

non

non sit inhonesta & iniqua, sed laudabilis, licita, necessaria & fructuosa, ac sine Dei offensa & jactura salutis benè exerceri possit, præsertim ab iis, qui lucrum charitati proximi & bono Reip. subordinant, mercaturam ad honestissimum finem, Reip. scil. commodum, & honestam suorum sustentationem dirigunt, lucro moderato contenti sunt, & sine mendaciis, perjuriis ac fraudibus hanc artem exercent, improbantque artes lucratorias, usurarias & quæstuosas, quibus cum damno proximi homines ditescunt. §. Natura ipsa tam laudabilis negotiationis necessitatem non tantum commendat nobis, sed etiam imponit, dum in unum terræ tractum non omnes suas opes largâ manu effundit; sed, quæ hic deficiunt, alibi uberius producit, & juxta Poëtam *Georg. Lib. I.*

- - Nonné vides, croceos ut Tmolus odores,

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?

At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus

Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?

Continuò has leges, aternaq; fœdera certis

Imposuit natura locis.

Mira hæc, ait Plinius *nat. hist. L. 10. c. 29.* natura differentia, alia aliis locis negat, tanquam genera frugum, fruticumq;, sic etiam animalium, non nasci translatitia, inuenta emori mirum. §. Atque hæc ipsa mutua indigentia est nodus ille Gordius, quo universum genus humanum tanquam universalis civitas, cujus caput & moderator Deus est Naturæ author, tam arctè atque intimè cennectitur: atque cui, si quos per legitimum negotiandi modum atque tramitem in suis ditionibus succurri per extraneos deneget, justam quandoque belli sibi inferendi causam præbet. vid. *Grot. de Jur. B. & P. L. II. C. II. §. XIII. XVIII.*

6. XXII. §. Nec moramur Tiraquellum, qui *de Nobil. c. 33. n. 20.* Mercaturam negat, ob summam ejus necessitatem, inter honestissima vitæ genera rectè referri quod aliàs omnia opificia, quibus & ipsis Resp. opus habet non inter sordida & vilia, sed honesta & sublimia vitæ genera recensenda forent. 6. §. Cæterorum enim opificiorum, aliqua, sed non tam absoluta ac Mercaturæ, quâ vitæ immediatè & directò sustent-

stentandæ adminicula quærentur, necessitas est. §. Non 8.
autem sola necessitas mercaturam sordidarum rerum numero
eximit; sed etiam objecti dignitas, à quo sicut disciplinæ, ita
vitæ genera quoque splendorem suum mutuuntur: de mer-
catura enim copiosâ & amplâ, quæ non nisi egregia esse po-
test, nobis sermonem esse, supra monere antevertimus.
§. Mercandi porro libertatem *Juris Gentium* esse, *Juris Civi-* 9.
lis textibus demonstrari potest, §. 2. in *f. J. de J. N. G. & C. l. 1. §.*
ff. de J. & J. In quibus emtiones venditiones, cæterosque
contractus *Juris Gentium* esse asseritur. §. Quod de *Jure* 10.
Gentium primævo, à naturali *Jure* parùm aut nihil diverso,
accipi debet: Constitutum enim illud divinitùs naturali ra-
tione atque proinde apud omnes Gentes peræquè custodi-
tur, & immutabile permanet. *L. omnes populi. 9. de J. & J. §.*
Jus autem civile 1. §. sed naturalia 11. J. de J. N. G. & C. §. Ad 11.
eò ut, sicut cætera naturæ dona promiscuo hominum usui
exposita sunt *l. quedam. 2. cum seqq. de R. D.* ita & procedenti-
bus ex hoc *jure commerciis* neminem (sive nobilis, sive igno-
bilis sit) prohiberi, *l. in his. C. de prad. & al. reb. nav. l. sicut. C. de*
O. & A. l. dudum. C. de cont. emt. sine summâ injuriâ posse, l. 1.
§. 18. de op. nov. nunc. l. injuriarum. 13. §. si quis me. 7. de Injur. &
fam. lib. certum sit. §. Nunc, quid Jure Divino constitutum 12.
sit, videndum. *Levit. 19. §. 35. 36.* Mercatura non prohibetur,
sed tantùm ne fraus in dimensione, pondere, aut mensurâ ad-
hibeatur, cavetur. Similiter *Prov. 20. §. 10.* Pondus autem in-
tegrum acceptum est *Jehovæ, Prov. 11. §. 1.* *Israëlitas* mercatu-
ram sine reprehensione exercuisse ex *Gen. 34. §. 21.* constat. Et
Christus Matth. 13. Regnum cælorum comparat homini nego-
tatori: adeoque negotiatores non improbavit. §. Quando 13.
autem omnes vendentes & ementes è templo ejecit, mensas-
que nummulariorum & cathedras vendentium columbas
subvertit, *Matth. 21. §. 13.* hoc ipso non omnem universim mer-
caturam improbare atque damnare voluit; sed tantum illam,
quâ animæ salus in periculum adducitur, nomen domini
profanatnr, & ex domo ejus, domo orationis, spelunca la-
tronum efficitur, *d. cap. §. 14.* §. Quod autem nec *Jure Ci-* 14.
vili

vili Mercatura pro humili vitæ genere habeatur, inferius commodior dicendi atque demonstrandi locus erit; sufficiat hic ex juribus generalioribus illud deduxisse. Conferri potest mercaturæ commendatio ex Conf. Arg. 68. n. V. 2.

CAPVT III.

Nec ipsi Reges, Principesq; suæ dignitati per mercaturæ exercitium quidquam detrahi existimarunt.

1. §. Cum ergo omni Jure celebrata sit mercatura, potentissimi quoque Reges hanc suscipere non detrectarunt. *Salomon*, sapientissimus & opulentissimus Regum, tertio quovis vertente anno naves negotiandi causâ in Ophir misit, conjunctis cum Hiram Rege Phœnicum navibus. 1. Reg. 10. v. 2.
2. 2. Paral. 8. v. 30. (S) *Tarquinius Priscus* teste *Valer. Max. lib. 3. rer. mem. c. 3.* & Patre mercatore fatus erat & ipse mercator extiterat. *Vespasianum* Imperatorem Roman. & ante & post imperium adeptum mercaturam exercuisse, refert *Suetonius*
3. in ejus vita. §. Commercia imprimis maritima Principibus conveniunt, quatenus eos mari æquè ac terrâ reddunt potentes; qua geminatâ potentiâ plurimum majestatis adquirunt & aliis metum incutiunt. §. Hoc maximè tramite *Belgarum* exigua primum *Resp.* atque unius tantum non navis pomæriis inclusa ad illud, quo hodie conspicitur, magnitudinis atque potentiæ fastigium evasit. Ut nunc *Hispaniæ*, *Galliæ*, *Angliæ*, *Sueciæ*, *Daniæ* Regum, aliorumque Principum & *Rerumpubl.* imprimis *Italicarum* per maritima commercia adauctas opes silentio prætereamus. *Lusitaniæ* Reges armatis classibus *Æthiopica* atque *Indica* commercia occuparunt, atque hætenus contra alios propugnarunt *Ca/p.*
5. *Enf. 1. Schol. polit. cap. 5.* §. Citra existimationis quoque jacturam Principes Mercaturam exercent, quando scil. *Respublica* vel vestigalibus, vel exactioibus ita exhausta, vel debitis ita onusta, ut aliunde sublevari nequeat. §. Poterunt autem tum pecuniam suam diligentibus atque fidelibus mercatoribus

catoribus credere, ut justum inde quæstum percipiant. Ita & Regem Catholicum, & Anglorum Reginam in Antvverpiensium Mercatorum societate perillustres Viros habuisse, qui ipsorum nomine mercatorio ritu negotiarentur, testis Guicciard. in *descript. Belg. in Urb. Antvv.* §. Hinc nec Bodinus, in 7. causa licet nobis adversus, *de Rep. l. 6. c. 2.* sibi temperare potuit, quin in hæc verba erumperet: *si statuendum mihi sit, Principem Mercatorem nolo, si optio detur, mercatorem malo quàm Tyrannum, & Patricios Viros negotiari, quàm prædari.* §. Non tamen ex 8. omni re, etiam vilissima, lucrum quærere debet Princeps, uti rectè Tiberius Cæsar apud Tacitum IV. *Annal. cæteris mortalibus in eo stare consilia,* ait, *quid sibi conducere putent; Principum diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ac famam dirigenda.* §. Cujus 9. modi indignum Principe mercaturæ genus Ferdinandum, filiumque ipsius Alphonsum, Reges Neapoleos, exercuisse testatur Cominæus, in *Comm. L. 7. c. 11.* Et Antonius Leva, Caroli V. Imperatoris nomine Gubernurator Mediolanensis, qui publico Edicto prohibuit, alibi triticum molere, aut panem comparare, quàm in tabernis, Aquilâ, Imperatorio insigni, notatis. §. Sed potiùs in rebus difficilimis, raris, majorif- 10. que momenti Mercatura Principis occupetur. Quem in finem sumptuosissimam hoc Seculo A. 1633. Legationem ad Magnum Moscoviæ Ducem, Persarumque Sophi, incasso licet successu, laudabili tamen instituto, dimisit, Fridericus Holsatiæ Dux, quam comes ejusdem Itineris Adamus Olearius singulari studio & opera descripsit. §. Huc etiam collimant, 11. ea quæ Petr. della Valle in suis *Comment. de Abas Rege Persiæ* fusiùs commemorat, eum videl. id quod subditis non saltem impossibile, sed & exteris grave nimis foret, numerosissimarum Caravanarum ex India, Tartaria, aliisque remotissimis regionibus confluentium merces universas cœmere, quas deinde vel suis distribuat, vel exteris divendat Mercatoribus. §. Quæ ergò de Theophilo Imperatore Con- 12. stantinopolitano refert Zonaras *Annal. Tom. 3.* quòd, cum de regiâ prospectans, onerariam Augustæ navem è Syria reversam mercibus onustam observasset, jussis, quæ aliorum erant,

- exportari, navim autem cum cæteris mercibus græco igni in-
jecto, comburi, iratus ad Imperatricem se converterit, hoc
sermone prolato: *Cum me Deus Imperatorem designarit, tu me mer-
catorem facere contendis. Scito autem Mercaturam privatis hominibus
concessam, ut eum toleranda vita modum habeant. Quod si nos præter
Imperii opes etiam Mercatura emolumentum interceperimus, undè nam*
13. *subditi victum comparabunt.* §. Illud fanè non intelligendum
est de Mercaturâ principali jubare dignâ, sed vili, abjectâ,
quâ non Reip. salus, aut subditorum sublevatio quæritur, sed
illicitum lucrum, &, ut esse solet foeminarum ad corradendas
opes animus quandoque sine fine & modo pronus & abjectus,
turpe, in subditorum perniciem spectans, *add. l. 3. C. de Commer.*
14. *& Merc.* §. *Marquard. de Mercat. L. I. c. 10. n. 90.* totam hanc
litem nostram unicâ, quasi dictatoriâ, distinctione dirimi suc-
cinctè posse existimat; quod alia videl. sit negotiatio *Oecon-*
omica, ad sustentandam se & domum suam, prout necessitas
postulaverit; alia *politica*, quæ fit ut publicis populi necessita-
tibus succurratur: & hanc negotiationem Principibus & Gu-
bernatoribus convenire cum primâ putat; alia *merè lucrativa*,
15. *solis Mercatoribus congrua.* §. Verùm, nescio, an non di-
stinctio hæc causam magis intricet, quàm expediat, nullo
firmo innixa fulcro. Aut enim omnes tres species, nisi politi-
cam eximere malis, merè lucrativæ sunt: quia suum qui alie-
nâre retinet, alioquin amissurus, rectè lucrari dicitur, *arg. l. 25.*
§. 16. ff. de hered. petit. aut nulla. Cum & ipsi Mercatores speciali-
ter sic dicti, non merum lucrum in sensu Authoris, sed vel ma-
ximè & finaliter familiæ suæ sustentationem negotiationibus
suis intendant. §. Deinde in *Oeconomica* negotiatione, si Illu-
16. *stres* personæ saltem necessitatem præcisè talem sublevare an-
nitantur, quomodo splendorem *Illustrium*, qui in victu &
amictu magnifico atque sumtuoso consistit, & quo etiam ab
humilibus & plebejis distingui debent, sustinere poterunt?
aut quomodo tam exactè familiæ suæ rationes iniverint, ut,
quantum imposterum opus habeant, ad amissim scire que-
ant? Et superstites, imprimis si numerosam prolem habeant,
ita lucro rem familiarem augere debent, ne post mortem illa
17. *ad plebejam redigatur sortem.* §. Aut ergo *Oeconomica*
nego-

negotiatio à *Marquardo* nimis arctè conclusa, aut merè lucra-
tiva Illustribus, imprimis nobilibus simplicibus, non subtra-
henda; cum in hac lucrum honestum & licitum, quod nemi-
ni invidendum, subintelligat; non inhonestum & illicitum,
quod qui accupatur ne quidem Mercatoris honesto nomine
dignus habendus.

CAP. IV.

*Nec Nobilitati in specie ita dictæ Mer-
catura derogat.*

§. Quùm Principes non dedecet Mercatura, quis de 1.
Nobilibus simpliciter talibus & illis longè inferioribus, de
quibus imprimis quæstio agitari solet, & nos in sub sequen-
tibus capitibus agemus, dubitaverit. §. Nihil aliud autem 2.
nobis probare propositum, quam quod Nobilitas absolutè
spectata, ut & mercatura honesta, nihil refragante alterutrius
naturâ, atque non obloquente Jure Civili, simul consistere
possint: Non, quod quorundam locorum legibus ac consue-
tudinibus, quod possibile est, contrarium introduci atque
constitui nequeat, ægerrimè tamen illud fiat & nonnisi præ-
gnantibus ex causis libera Jure Gentium commercandi facul-
tas Nobilibus adimi possit. §. Solonem atque Thaletem ex 3.
septem Græciæ sapientibus mercaturam exercuisse, ex aliis
probat *Tiraquell. de Nobil. c. 33. n. 15. & 16.* De Catone Censo-
rio, uno quasi virtutis exemplare, idem attestatur *Plutarchus*
in vita ejus. Equites Rom. mercaturam olim exercuisse, patet
ex loco *Ciceronis in Verrem.*; *Lucius Proetius splendidissimus Eques*
Romanus, qui Panormi, & Q. Mutius Eques, qui Syracusis negotiatur.
Et ipse M. T. Cicero laudat Patrem *in Orat. pro Cn. Plancio,*
quod fuerit mercator Reip. Rom. proficiuus. §. Venetorum 4.
Nobiles negotiationem succum atque animam Reip. suæ exi-
stimant, dignitati suæ non inconvenientem, quibus rectè
junxeris *Genovensium Magnates, Florentinorumque & Lu-*
centium Nobiles, teste *Barth. Chassan. de glor. Mund. p. II. confid.*
45. & p. 8. conf. 49. Imò juxta *Rot. Gen. decis. 39.* ita promiscuè

omnis dignitatis ordinisq̄ue cives Genuæ mercaturæ operam
5. dant, ut meritò collegeris: *Est Genuensis. Ergo Mercator. §. Com-*
mercia olim Potentibus quoque usitata fuisse patet ex Rescri-
pto Impp. in l. 1. C. de Commer. & Mercat. verb. potentiorum quo-
que homines. Unde non inconcinnè M. Ant. Pereg. v. 3. c. III. n.
6. Respondit, ex nostri temporis consuetudine Nobilitatem
6. per Mercaturam in dubio non amitti. §. Nec sine ratione
cuilibet, ne quidem Nobilibus exclusis, mercatura permiffa
esse debet. Cujus liberum exercitium Jure Gentium, quod
immutabile est, ut supra *Cap. II. n. 9. & seqq.* demonstratum.
Jus autem suum cuique illibatum esse, nec ei aliquid detrahi
debet, *L. si dominus. 2. de his qui sui vel alieni Fur. l. 13. §. 1. Comm.*
7. *præd. l. 15. §. 2. de R. V. §. (2)* In re suâ quilibet facere potest illud,
quod sibi prodest, etiam si præter intentionem, per accidens &
consequentiam alter inde lædatur, *l. fluminum 24. l. Proculus. 26. de*
damn. in fact. Benè enim ordinata charitas à se ipsa incipit, *arg. l.*
Præses. 6. C. de Servit. nec dolo facere aut quenquam lædere præ-
8. sumitur, qui suo Jure nititur, *l. 55. de R. F. §. (3)* Nobiles
deterioris conditionis esse non debent, quàm plebeji, quibus
Mercaturæ jus competit: Et cum Nobiles non dedecet ab
aliis lucrum ex illâ re quærentibus necessarias res coëmere,
quis ipsos Jure prohibuerit, pari modo, quæ superflua ha-
bent, honesti lucelli causa aliis vendere? cum correlativorum
eadem sit ratio atque doctrina, per *L. 1. C. de Cupres. ex lucco*
Daphn. lib. II. tit. ult. cum simil. Hinc etiam Polonicæ atque Li-
thuanicæ Nobilitati dedecori non est, ligna ex sylvis cæduis
confecta cum mercibus commutare, quas deinde rursus in suis
districtibus vendant. vid. Marquard. *de Mercat. l. 1. c. 10. n.*
9. 63. §. Sub finem tamen *n.* hujus suæ quasi diffidens causæ,
Nobiles hoc non ut Mercatores, sed ut quoslibet alios Patres
familias facere contendit. Quod an vim quandam habeat,
Cap. III. n. 16. & seqq. fusiùs diximus. Qui enim ultrò citroque
mercimonia exercent, honesti lucelli consequendi ergò à Mer-
catoribus aliis non differunt, nisi quod non ejuratâ penitus
Nobilitate, se ordini ipsorum prorsus mancipaverint. Nos
autem loquimur de Mercatoribus absolutè spectatis, non
quatenus

quatenus singulariter quid locorum statutis contra generalem
eorum naturam constitutum est. §. (4) Si nobiles sine no- 10.
bilitatis jacturâ secundum Guid. Pap. q. 41. & 392. Agricultu-
ræ vacare possunt, quos in Suevia die sammetne Bauren vocant,
Mantz. in *Patr. debit. dec. 4. q. 4. n. 48.* & Quintio Cincin-
nato Magno illi Duci in agriculturâ desudanti Dictatura col-
lata, Authore Liv. l. 3. *dec. 1.* Nec mercatura, quæ agricultura
longè eminentior est, Nobilitati nævum inusserit. §. (5) Quia 11.
non prohibentur mercatores in l. 12. ff. de *Decur.* Decuriona-
tum vel alium honorem in suâ patriâ petere. Decuriores au-
tem inter nobiles & à plebejis distinctas personas referuntur
in l. 7. de *mun. & hon.* §. (6) Innocentibus pœnæ infligi non 12.
debent, l. 6. §. *neque licita.* 4. ff. de *off. Præsid. l. absentem.* 5. l. *crimen.*
26. de *pœn.* Est autem pœna negotiationibus vel contractibus
interdici, L. 9. *per tot. de pœn. cap. quanto amplius* 18. X. de *usur.*
§. (7) Clericis in l. 2. C. de *Episc. & Cler.* mercatura honesta per- 13.
mittitur, & ab omnibus oneribus & exactiõibus, quibus alii
mercatores obnoxii sunt, & ipsi & eorum homines eximun-
tur, d. l. §. 1. quos tamen constat alias, ab omnibus negotiis
secularibus arceri aut ut iis, si quid inhonesti aut illiciti con-
tineant, abstineant, mandari *cap. XV. & XVI. X. de vit. & hon. Cler.*
ducto ergò argumento à majori ad minus, nobilibus multò mi-
nus aliqua labes per mercaturam adspergi poterit. §. Am- 14.
pliatur (a) ut imprimis mercaturæ exercitium Nobili præjudi-
cio esse nequeat, ejusque famam suggillare, si consuetudine
Nobilitati mercatura concessa fuerit, juxta Tiraq. de *Nobilit.*
c. 33. n. 21. cum Nobiles esse censeantur, qui ex eâ tales ha-
bentur, Cravetta. *Cons. 489. n. 7.* Mynsing. c. 6. v. 54. n. 11. &
12. §. Si nobiles (b) tenuis fortunæ pro necessaria vitæ su- 15.
stentatione negotiationi operam dent Henr. Bocer. de *Reg. c. 2. n.*
52. prout in Anglia quoque Nobilibus tenuioris fortunæ, quos
primogenitus ab hereditate excludit, quæstuaras artes per-
mitti, tradit Bets. de *Pact. Illust. Fam.* Juxta Hostiens. enim
in c. *tua de Consang. & Affin. nihil aliud est mundana Nobilitas nisi Rota*
& qui superbit de nobiliori sanguine, dici potest quod de nobiliori ster-
core intumescat. Verbis parùm perlutis, sensu magis apposito.

16. §. An non melius est, ut Mercaturam exercent nobiles, quam vero ut more Neapolitanorum & Anglorum postgenitorum in publicis viis latronum ritu prædentur; aut cum Germanis auff die Wurst reiten; aut creditores suos ignominiosè defraudent? §. (c) Si soli sterilitas aut situs incommodus nullum alium vitæ sustentandæ proventum porrigat Mynsing. d. l. n. 15. uti Genuæ confragosis præcipitiis cinctæ atque Venetiis in mediis undis fluctuantibus evenit. In Belgio quoque omnia quatuor Elementa adeo corrupta vulgò habentur, ut sine mercatura, qua etiam communissima vitæ tolerandæ subsidia ab exteris, iisque remotis regionibus importanda sunt, tanta hominum multitudo diffuere necesse haberet. §. (d) Si negotiationi vacent maritimæ, ut quæ non sine immensis sumptibus, magna animi constantia atque fortitudine exerceri potest, quæ omnia in nobiles magis cadunt, quàm humiles personas, add. l. 2. ff. de Nund. §. (e) Si Mercaturam per institores nobilis exercent. Manet enim tum quoque ipse Nobilis Mercator; quia à principali denominatio faciendâ est, arg. l. 29. de R. C. & S. 2. f. q. c. eo qui in al. pot. & quod quis per alium facit, ipse fecisse videtur. §. Hinc utique in legem propter vilium artium atque sordidorum quæstum exercitium aliquem notantem impingere existimaverim, qui illud per alios, utputa institores peragunt; quod quis enim suo nomine exercere prohibetur, id nec per alios agere debet. l. 1. C. quib. ad cond. præd. fiscal. l. 2. S. 1. ff. de adm. rer. ad civ. pert. l. Labeo. 8. S. 1. ff. de Usurp. & Usucap. l. un. S. 3. C. de Contr. jud. Mercaturum autem honestam inter sordes non recensemus.

CAPVT V.

Contrariæ rationes adducuntur atq; refelluntur.

- §. Adversa tamen sententia, Mercaturam non Nobilitatem modo obfuscare, sed eandem penè extinguere existimantium, plures, eosque haud pessimæ notæ invenit Patronos, inter quos eminet superiùs jam allegatus Gallicus scriptor

ptor subtilis, sed ad nauseam ferè copiosus Tiraquellus de Nobil.
c. 33. n. 20. & seqq. cui add. Laud. in Tract. de dignit. q. 66. Decian.
resp. 7. n. 45. v. 2. Pfeil. conf. 202. n. 30. & seqq. Stracha de Mer-
cat. p. 3. n. 14. & seq. Nold. in sua Disp. Inaug. de Nobil. n. 174.
Fritz. de Nobil. Civil. Thes. XXX. l. b. Bocer. de Regal. C. 11. n. 52.
Ziegler. de Regal. L. I. C. XXI. n. 1. usq. ad XX. aliosq. §. Prima- 2.
rium præsidium quærunt in L. 3. C. de Comm. & Mercat. Cujus
verba sunt: *Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos & pa-
trimonio ditiores perniciosum Urbibus mercimonium exercere prohibe-
mus, ut inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi & vendendi
commercium.* §. Verum penitiùs inspecto legis sensu, clarum 3.
evadet, illam nostram quæstionem non ferire: Imperatores
enim in illâ omnem mercaturam, nobiles dedecere non con-
stituunt, sed ne illi aut autoritate suâ, potentiâ atque divi-
tiis omnem ad se mercaturam attrahendo, atque monopilia
quasi constituendo; aut alios inferiores atque plebeios ab il-
lius libero exercitio potentiæ metu absterrendo, *perniciosum*,
ut verba habent, *Urbibus mercimonium exercent, duntaxat ca-
vent.* §. Proinde si ad instar aliorum mercatorum secun- 4.
dum leges cujusque civitatis circa hanc rem proprias merca-
turæ incumbant, aut ipsis ex rationis paritate liberum ex-
ercitium relinquendum, aut illius usu omnes cives privandi
erunt: cum alias eadem pernicies ab his, quam à Nobilibus
Reipublicæ metuenda esset. Quæ resolutio apertis nititur l. 1.
C. d. r. verbis; ubi, potentiorum quoque hominibus libera
negotiandi facultas, si solitas pensiones præstare non recusent,
conceditur. §. Nec (II.) quod Nolden. de Nobil. Civ. n. 174. 5.
proponit argumentum ponderis quidquam habet. Illud tale
est: Privilegium amittitur per actum contrarium l. 2. C. de Car-
bon. Edict. l. Privilegio. 27. C. de Decur. Atqui Nobiles Mercatu-
ram exercentes faciunt actum contrarium & non correspon-
dentem Nobilitati, per L. Nobiliores. 3. C. de Com. & Mercat. l. mi-
lites. C. de locat & conduct. l. nequis. 6. C. de Dignit. l. si cohortalis in
f. de cohort. Princip. l. humilem. 7. C. de incest. Nupt. l. 1. C. de nat. lib.
E. privilegia Nobilibus concessa amittunt, iis enim renuncia-
re videntur, l. semper. S. f. ff. de jur. immun. l. f. in f. C. de Veter.
§. Rf.

6. §. R. enim Minor petit principium & nullatenus adductis legibus probatur. Neglectâ nam lege 3. C. de Comm. ad quam præced. n. 3. & 4. fusiùs respondimus, in l. 31. C. de loc. & cond.
7. agitur tantùm de militibus. Non autem omnis miles est nobilis, aut omnis nobilis miles; & consequenter, quæ de u-
8. no, non necessariò etiam de altero prædicantur. Deinde non loquitur expressè de mercaturâ, sed de aliis negotiis, quòrum intuitu vicinis graves præsumptione cinguli militaris
9. existere possint & ab armorum usu abstrahi. §. Cum autem tanta nobilium copia sit, ut non omnes rogatis aut sagatis officiis, à quibus aliorum negotiorum tractatione abstraherentur, adhiberi possint, major certe pars ruri aut in urbibus oscitantia tempus consumere debet, aut Veneri, Baccho-
10. que indefinenter litabit, si à mercatura arceatur. §. In l. 6. C. de dignit. mentio fit ultimorum negotiatorum, vel monetariorum, abjectorumq; officiorum vel deformium ministeriorum, &c. à quibus quivis honestus & dignus vir abstinere, multò magis nobilis, quem non nisi splendida & copiosa mercatura decet, abhorrere debet. §. In l. 12. C. de Cohortal. agitur de cohortalibus, qui semel in cohortes relati, non poterant inde pedem referre, sed perpetuo cum liberis illi adscripti manserant, l. 12. h. 1. & l. 35. C. de Decur. Hinc non tantùm non ad mercaturam, sed ne quidem ad ullam dignitatem adspirare ipsis integrum erat, pr. h. l. Non ergò rectè argumentum sumserisà re legibus certo modo circumscripta, ad aliam incertam, legibusque non definitam. §. Deinde in f. d. l. 12. à cohortali militia arcentur trapezitæ, vestiarii & alii negotiatores, non quidem omnes, sed qui ergasteriis adhærent, i. e. aliquid operæ mechanicæ exhibent, aut merces venales exponunt, quæstûs quotidiani causâ, ut recte sentit Perez. in Cod. tit. de Cohortal. n. 15. Nos verò de egregiâ & magnâ mercaturâ loquimur. §. L. 7. C. de incest. & injust. nupt. cum l. 1. C. de natur. lib. nihil auxillii adfert ad probandam Min. fæminas enim quæ mercimoniis publicis præfuerunt, inter abjectas & humiles referunt, idest, tales; quæ institrices aut propolas egerunt, rerum imprimis vilium, ut ex similium personarum recensione
ibi

ibi facta, patet. §. Et in genere sexus pudicitiae parum con- 14.
gruere videtur alienis causis se immiscere, l. 1. §. 5. de Postul.
Unde etiam ab officio Argentarii arcentur: cum ea opera viri-
lis sit, l. 12. ff. de Edendo. add. l. 2. de R. J. §. R. (II) Quæ- 15.
dam privilegia singularia quorundam locorum statutis aut
moribus Nobilibus specialiter concessa, per ipsum mercaturæ
exercitium, imprimis quando cum nobilitate omninò consistere
nequeunt, amitti; ut &, quod oneribus realibus, quibus alias
exempti essent, subjiciantur, facile largimur, add. l. f. C. de
Jurisd. omn. jud. Privilegia autem omni Nobilitati & perpetuò
competentia atque essentiam ejus constituentia per Mercatu-
ram extinguere, quasi cum illâ ediametrò pugnantem, negamus.
§. Cum autem argumenti sui imbecillitatem ipse perspiceret, 16.
Nolden, d. l. illud ita intelligendum subjungit: *Si vitam Nobili-
tati decentem deserentes, frequenter vel in totum mercaturam profitean-
tur.* Quod nos quoque admittimus, si actus talis sit, quo aperte
plenus & deliberatus Nobilitatem deserendi animus constare
possit. §. (III) Nihil præsidii inveniunt Adversarii in l. un. 17.
C. negot. ne milit. lib. XII. Militibus enim negotiatio interdicta,
non quasi honesto Viro indigna; sed ne, qui solis debent uti-
litatibus publicis occupari & propriæ muniis insudare militiæ,
vel agrorum cultui & custodiæ animalium vel mercimonio-
rum quæstui vacent, uti habetur in l. 15. C. de re milit. lib. XII.
§. Deinde ex d. l. un. patet, non omni prorsus mercaturâ mi- 18.
lites prohiberi, cum expressè Argenti distractores & Armorum
mercatores iis esse concessum sit. §. Denique, quod supra 19.
jam tetigimus, à milite ad nobilem argumentum non perpe-
tuum est: Quia non soli nobiles, aut honestiores cives in
militiam olim allegebantur, sed etiam viliores, ex infimâ
vulgi sorte assumti, à caligâ, militari tegmine pedum, quâ
utebantur, Caligati dicti, l. 21. C. d. Nupt. l. 2. ff. de his qui not.
infam. l. 10. de Excus. Tut. §. (IV) Nihil nobis negotii faceffit, 20.
quod Principalibus constitutionibus caveatur, ne hi, qui pro-
vincias regunt, quive circa eos sunt, negotientur, l. 33. ff. si
cert. pet. l. un. §. 2. C. de Contr. jud. l. non licet. 46. l. 62. de contr. emt.
§. His enim commercia ademta, ne occasione hâc abusi & 21.
C pote-

- potestate suâ promiscuæ comerciorum libertati vim inferrent, subditique autoritate eorum atque metu potentiaë permoti sua ipsis vilius venderent, aut carius ab illis alia cœmere cogentur, hacque injustâ oppressione tandem ad rebellionem & defectionem concitarentur. Quam Reipublicæ pestem à
22. nostro mercatore alienam esse volumus. *S. (V) Nec remoram nobis injicit, quod alias ordinum confusio in Republica oriretur, neque alii essent Nobiles, alii Mercatores, alii Artifices, alii infimæ fortis homines, arg. l. 3. C. de Commer. & alia persona aliud jus requirat, l. sed etsi possessori. S. f. & l. seq. ff. de*
23. *Furjur. S. Quò spectat id, quod Sigismundus Poloniæ Rex (referente Keckermanno 1. Pol. 14. p. 243.) quibusdam nobilibus, mercaturæ jus desiderantibus, respondit: Oportet me in regno habere triplex genus hominum, nempe Rusticos, qui agros colant: Mercatores, qui necessaria importent & exportent: & denique Nobiles qui*
24. *me & patriam defendant. S. Non enim metuendum, quod si Nobilibus negotiatio permittatur, confusionem exinde ordinum in Republ. exorituram. Ordines ipsi non immutantur, quando diversi ordinis membrum in alium ordinem se inscribit. S. Potest enim quis in duobus ordinibus per se distinctis constitutus esse, si ordines sibi invicem subordinentur & simul consistere possint, ut Nobilitas & Mercatura. Sicut nihil impedit in eodem subiecto Docturam Philosophiæ & Juris conjunctam esse. Sic idem Senator & Mercator simul esse*
26. potest. *S. Contrarium tamen & ne hæc, quæ suâ naturâ connexa esse possunt, uniantur atque concurrant in eadem persona, legibus cujusque loci specialibus constituti posse, non*
27. *inficiamur. S. Quando ergò in l. 1. S. ult. ff. de Colleg. dicitur, non licitum amplius, quàm unum collegium licitum habere, id intelligendum de collegiis, quæ simul consistere non possunt, ut constat ex l. 1. ff. de Colleg. & C. de Collegiat. Deinde nullibi in jure nostro habetur, quod Nobiles in certo collegio constituti sint; poterunt proinde liberè se alicui adscribere, quod*
28. *ipsorum splendori nihil detrahat. S. Nec quicquam (VI) resistit, quod Mercatores plerumque fraudibus, perjuriis atque mendaciis mercaturam inquinant, v. c. ejiciens. dist. 88. quæ*
vicia

vitia Nobilitatis decus obumbrent. §. R. enim illud vitium 29.
ipsis hominibus Mercaturâ, re in se licitâ atque honestâ, ab uten-
tibus inhærere, non ordini negotiatorum. Deinde vitia in
genere omnia in omnes omnium ordinum promiscuè homines,
& ipsos quoque Nobiles, cadere: Adeoque si vitia ab omni
honesto vitæ genere exulare velis, ipsum genus humanum
universum è mundo elimines, necesse est. §. Simili ratione 30.
(VII) occurrendum est illis, quæ habet Ziegl. de Regal. L. I.
C. XLI. n. VII. ubi multis probare annitur, impossibile ferè esse,
ut Mercator sine turpi lucro, adeoque fordibus esse possit,
adducto loco ex Eccl. c. 26. 37. *Vix eximitur mercator è delicto, neq;
justus est à peccato caupo. & Cap. 27. v. 2. Inter compages lapideas pangitur
clavus & inter venditionem atque emtionem peccatum ultrò citroq; teritur.*
Quia, puta, homo omnis à naturâ nimis impotenter lucrum ap-
petit: cui si accedat ars & per artem contracta consuetudo
spurcissimum evadere lucripetam. §. Quasi verò mercatura 31.
absolutè spectata & in abstracto nihil aliud in se contineat, ni-
hilque aliud spiret, quam lucrum illicitum: quod tamen ipsi
Mercaturæ rei per se licitæ atque honestæ non inhæret, sed ex-
trinsecus virio hominum illam injustè exercentium affricatur.
§. Si enim ipsi mercaturæ essentielle atque internum esset vi- 32.
tium *αἰχροκερδείας* atque *πλεονεξίας*, nullus omninò mercator
illo exemptus esse posset, & mercatura omnis è genere permis-
sorum expungenda esset, quam tamen divino Jure approba-
tam, C. II. n. 12. 13. demonstravimus. §. Et plures reperti 33.
sunt omni tempore Mercatores, omnis, quantum per imbecil-
litate[m] humanam licet, labis expertes: vel unum nunc no-
bis sufficiat exemplum Lydiæ venditricis purpuræ, quæ o-
mnium prima in urbe Philippis Evangelium de Christo am-
plexa est & Paulum ac Silanum hospicio excepit, Act. 16. v. 14.
piæ atque devotæ elogio celebratæ. §. Loca ex Ecclesiastico 34.
prorsus nobis non adversantur, quæ non loquuntur nisi de
perversis mercatorum moribus, non mercatura intaminata:
& sicut aliorum vitæ generum nævos passim nigro lapillo no-
tat, ita, postquam ad mercatores deventum, hoc hominum
genus suis quoque urgeri vitiis atque peccatis immersum esse

35. adferit. §. Limites autem lucri liciti, & quod nullas fordes sapit, non arctè nimis circumscribendi, quippe in pretio emtionis & venditionis naturaliter contrahentibus se circumvenire licet. l. 16. §. pen. de Minor. & in l. 8. C. de rescind. vend. scriptum est: quod si contractus emtionis atq; venditionis cogitasses substantiam, & quod emtor viliori comparandi, venditor cariore, distrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixq; post multas contentiones, paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente: emtore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium: profectò perspiceres, neq; bonam fidem, quæ emtionis atq; venditionis conventionem tuetur, pati, neq; ullam rationem concedere, rescindi propter hoc consensu finitum contractum, vel statim, vel post pretii quantitatis disceptationem, nisi minus dimidia justii pretii, quod fuerat tempore venditionis, datum esset, electione emtori præstita servanda. §. Quæ
36. leges solertiam atque prudentiam in Commerciis hoc ipso sine injuriâ cujusquam adhiberi posse significant; dolum autem verum & improbum non approbant, sed decepto, etiam ob miniam læsionem succurrunt, l. 13. §. 4. 5. ff. de act. emt. §. Si ergò ob hanc circumveniendi libidinem Nobilitatem ex Mercaturâ fordes contrahere Zieglerus sup. alleg. loco existimet & legibus civilibus, contractusque naturæ, Gentium Jure approbata, l. 5. ff. de J. & J. & sibi ipsi contrarius est: Quia, si non vendere, ob commune vendentium cariùs vendendi desiderium, nec emere poterunt nobiles, (quod tamen vix admisit Zieglerus) atque sic necessariis vitæ sustentandæ adminiculis ipsis carendum esset, ob vilius comparandi omnium ementium votum. Utriusque enim & vendentis & ementis hoc
38. intuitu fordes æquales atque similes erunt. §. Hinc d. l. n. VI. rursus Ziglerus committit fallaciam non causæ pro causâ, dum ob omnem quæstum atque lucrum, tam magnarios, quam minutiarios mercatores sordibus se conspurcare contendit, rejectâ ab omnibus communiter DD. hoc in casu receptâ distinctione inter mercaturam tenuem, in rerum vilium vili ratione venditione occupatam, atque rerum omnium affluentia copiosam & digno atque sublimi modo exercitam: illam fordescere, atq; non nisi humilibus personis convenire dicunt,

cunt, hanc verò eminere, atque illustri Viro haud indignam existimant. §. Certè, quâ ratione Magnificèntia in sumptibus magnis faciendis consistens Magnificum & ultra liberalium hominum communiter convenientes sumtus facientium & illiberalium, ne quidem convenientes sumtus expendentium sortem longè evehit: pari ratione copiosa mercatura atque splendida longo intervallo à tenui atque sordida & distat & homines utrisque incumbentes inter se separat. §. De 39. inde, si omnis lucri, etiam honesti, appetentia vitiosa, sordida atque foetida est, & omnia vitæ genera & ipsæ dignitates sublimiores, tam militares, quam civiles sordidæ erunt, abjectæque: quippe quibus lucrum quærimus honestum atque media non vitæ modò præsentibus necessitatibus subveniendi, sed etiam futuræ & posteritati & nobis ipsis multas opes atque divitias, (quod tamen nec ipse *Ziglerus* indecorum aut iniquum deprædicaverit,) corradimus, ad jucundos quoque atque voluptuarios sumptus datâ occasione legitimè faciendos. §. Lucrum porrò licitum non ex solâ pretii cum re proportionè æstimandum, sed præterea sumtus, atque difficultas itineris, ut & pericula, quibus negotiationes inprimis longinquæ atque transmarinæ obnoxia esse solent, consideranda. §. Et qui animo probè perpendit, ditissimum, qui modo fuerit, mercatorem uno momento ad incitas redigi, navi forte mercibus onustâ aut tempestate, aut piratarum invasione deperditâ, aut mercium pretio varias ob circumstantias ex improvîso diminuto, is certè lucrum quoque indefinitum & prima facie enormius hoc intuitu non ipsi invidèbit, aut cum summâ injuriâ jacturam & detrimentum ejus affectaverit. §. Huicque rationi innititur emtio spei incertæ, *l. nec emtio* 43. *8. de contr. emt. l. 11. §. ult. l. 22. de act. emt. & contractus Assurancectionis arg. l. 8. verb. fidem pacto C. de pact.* Ob incertum enim utrinque & damnum & emolumentum utroque casu contractui standum, licet pretio cum ipso eventu certo simpliciter comparato, summa iniquitas atque inæqualitas subesse videatur. §. Nihil nobis (VIII.) officit, quod ea nobilium ratio sit, ut à plebe distincti ad capeffendos Reip. honores

- nones adspirent: non autem censeantur satis sollicitè Reip. curam suscepturi, qui semper lucro ex Mercaturâ quærendo
45. intenti sunt. *S. Resp. Dulcis equidem lucri odor est, ejus tamen non tanta vis, ut animum æqui justique amantem, qualis tractandis Reip. habenis admoveri debet, à recto tramite abducere queat. Hac etiam ratione Rebuspublicis illis, ubi multa floret Nobilitas, solique Mercatores & opifices publicis muneribus defunguntur, omni Magistratu ca-*
46. *rendum esset. S. Rectius Seneca lib. 3. de Benef. c. 18. Virtus nemini præclusa est, omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat, ingenuos, libertinos, servos, Reges & exsules. Non eligit domum, nec cen-*
47. *sum; modo homine contenta est. S. Secus ac Zieglerus alleg. loc. n. VII. ut vix fieri potest, ait, quin atro inficiantur, qui carbonariam incolunt, & albo, qui molendina & calcarias habitant, & quin male oleant, qui coriariam factitant: ita qui questurias artes exercent, rem*
48. *magnam præstiterint, si charitatem erga proximum servant, & opes parent sine justitiâ & aequitatis offensione. S. Quæ similitudo revera cespitat. Causarum enim naturalium effectus, quâ tali-um, ob necessitatem naturalem difficilius impediri aut sisti possunt, quam moralium, à mera voluntate nostra dependentium, cujus ea libertas est, ut, licet externa membra constingantur, & longè aliorum detorqueantur, salva tamen illa & immota manere possit, & in diversa omnia intus & in*
49. *præcordiis tendere. S. Hunc in sensum Horat. canit L. III. Carmin. Od. III.*

*Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neq; Auster,
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur Orbis,
Impavidum ferient ruine.*

50. *S. (IX) Ex Jure Canonico textus quosdã adducunt, quibus omnem omninò mercaturam improbari atque damnari existimant, quales habentur c. Ejiciens XI. c. quoniam, XII. c. quid est aliud*

aliud XIII. dist. 88. §. Verum, præterquam, quod ipsi Auctores, 51,
ex quibus Canones illi deprompti sunt, & incerti sint, & suble-
stæ fidei deprædicentur, uti Ziegl. de Regal. l. i. c. xli. n. II. III.
IV. pluribus id demonstrat; & infauſta Palearum rubricâ in-
urantur: §. Non de mercatura licita atque honesta, sed 52.
illicita atque iniqua accipiendi sunt, ut constat exemplo mer-
catorum à Christo è Templo ejectorum ibi adducto, & inpri-
mit ex C. XIII. ibi: Mercatores ergo illi inprimis abominabiles existi-
mantur, qui iustitiam Dei minimè considerantes, per immoderatam pe-
cuniæ ambitum polluantur, merces suas plus perjuris onerando, quam
pretiis. §. Quæ proin ibi habentur enunciationes generales 53.
& absolutæ, sic per subjectas rationes speciales atque conditio-
nales restringendæ sunt. v. l. 2. §. 2. ad Scit. Vellei. l. 6. de LL. l. 6.
§. 2. de Fur. Patron. cum simil. §. Non quidquam roboris 54.
(X.) habet, quod Guido Pap. decis. Gratian. q. 391. monet, quod
Nobiles negotiationi nomen dantes debeant contribuere ad
subsidia Delphinalia: sicut clerici non gaudent privilegiis Cle-
ricalibus, si se immisceant secularibus negotiis, C. fin. X. de vit.
& hon. Cler. ita nec Nobiles Nobilium immunitate gaudere de-
bent mercaturæ dediti, per l. 3. §. 1. de mun. & hon. l. nobiliores. C.
de Comm. & Mercat. junct. l. milites. C. Locat. quia in uno cum
major ratio non sit, quam in altero, idem etiam Jus, l. f. ff. ad
L. Falcid. & l. f. C. de constit. pec. §. Primò enim longè di- 55.
spar, ratio Clericorum & Nobilium est: Illi prorsus prohiben-
tur negotiis secularibus se immiscere per d. c. fin. hi verò non.
Deinde, si ad subsidia Delphinalia contribuunt, faciunt illud,
duplicem cum sustineant personam, non tanquam nobiles,
sed tanquam mercatores & intuitu negotiationis, salvâ cæte-
ra manente nobilitate & incolumi. §. Concludimus ergo 56.
cum Forstn. in not. pol. ad Tacit. 3. Ann. 46. n. 4. ex Bocal. cent.
2. cap. 39. Nostris persuasum est, vile atque nobili generosi-
tate indignum istud esse exercitium, quæ opinio non tam
quod omninò vera sit, quàm quod ea Principum arte pri-
mum seminata, nunc etiam alatur, invaluit. Cum enim illi
magnitudinem suam atque securitatem in armis consistere
sciant, nec ignorent, Nobilitatem semel degustatâ lucri ex
merci-

mercimoniis provenienteis dulcedine abjectis armis negotia mercantilia sectaturam: necessarium fuit, eam illis sententiam paradoxo proximam infundere, quâ acquirere sibi emendo vendendoque vile & abjectum, aliis latrocinari gloriosum esse crederent.

CAP. VI.

Quid de propositâ questione intuitu Imperii nostri R. G. statuendum sit, exponit.

1. §. Hactenus in genere & sine respectu alicujus Reip. specialis propositam quæstionem discussimus. Nunc porro, quid in Imperio nostro R. G. obtineat, disquirendum: & an mercatura honesta, splendida, à scœnore, aliisque sordibus remota nobilitati Germanicæ detrahat, investigandum. §. Opinione quorundam privatorum aut intempestivè ambitiosâ, aut nimis invidâ valere jussâ, de nulla generali totius Germaniæ lege vel expressâ vel tacitâ, nec speciali vel Circuli alicujus, vel Provinciæ, multo minus totius ordinis Equestris, nobis constat.
2. §. Non quidquam (1) resistit *art. 11. Leg. Torneam. A. 938. ab Hen. I. Imp. latorum*, ibi: daß welcher von Adel gebohren und herkommen wäre / der seinen Stand anderst dann im Adelichen Stand hielte / sich nicht von seinen Adelichen Ständen / Renten und Gütern / die ihm sein Mann und Erblehen / diensten Lehn / Rath: Gelt / Herzen Soldt / oder Eigenthum Jährlich ertragen mag / sondern mit Kauffmannschafft / Wechslen / Fürkauffen und dergleichen Sachen nähren / oder seyn Einkommen mehren wolte / dardurch sein Adel geschwächet / und verachtet wurde / wo er auch seine Hindersassen und Anstössern ihr Brodt vor dem Mund abschneiden wolte / derselbe so der Stuck eines oder mehr überfahren / und darwieder thun würden / soll im Thurnier nicht zugelassen werden / wo er aber darüber einreiten und Thurnier halten wolte / soll man mit ihm um das Ross (maximum olim nobilitatis dedecus R. I. de Anno 1226. §. 10.) thurnieren und ihn
- 3.

ihn auff die Schrancken setzen / nach Erkandtnuß Thurniers = Freyheit. 2c. uti verba hujus articuli im Thurnier-Buch Francoforti, Ann. 1589. editi. pag. 140. & seq. sonant. §. 4.
Præterquam enim quod totus Rûxneri *Tractatus de Torneam*, unde leges illæ equestres desumæ sunt à viris eruditissimis, antiquarumque rerum Germanicarum callentissimis suggilletur, parumque fidei historiciæ ei attribuatur, (vid. *Limnæum de Jur. Publ. lib. 6. c. 5. n. 5. seqq.*) non possunt illæ, tanquam singulares & ad Torneamenta instruenda atque celebranda specialiter sancitæ, vim legum universalium & in omnibus aliis casibus nobilitatem concernentium induere. §. Quorum legum singularem atque circumscriptam naturam facile suboluerit, qui illas attentius paulò consideraverit. Sic ad ejusmodi ludos non admittebantur nobiles habitantes in civitate, ibique ut reliqui cives onera civilia sustinentes per *art. Torn.* Welcher auß freyen Willen in einer Statt sisset / Steur und Wacht gibt / oder Beamt / und das zu thun verbunden ist / so dann ingemein Ingesessene Burger zu thun sind / die sollen zum Thurnier nicht eingelassen werden / *Limn. Lib. 6. de J. P. c. 5. n. 65.* Item, Ordnung und Art des dreyffigsten Thurniers zu Heydelberg / An. 1481. tit. von denen edlen Burgern. ibi: Es soll auch keiner der in denen Stätten geburgert ist / zum Thurnier zugelassen werden / er habe dann zuvor sein Burgerrecht auffgesagt. 2c. Quorum tamen nobilitati cæteroquin, & in omnibus aliis casibus nil detractum. §. Quæ 6. enim externè rebus accidunt, internam earum essentiam immutare non possunt. Sicut ergò nativo nobilitatis jubari per Torneamentorum abolitionem nihil detractum, ita per eorundem institutionem illi nihil additum; consequenter & admissi & exclusi pari loco censerì debent. §. Sed & si *d. 7. art. II.* illustretur per die Ordnung und Articul des 30. Thurniers de An. 1481. apud *Limnæum alleg. loc. n. 21.* Alle die von Adel Kauff-Schlag oder Händel treiben / als andere gemeine Kauffleuthe (die nicht von Adel seynd) thun und fürnehmen / 2c. non de aliâ quam sordidâ, perniciosâ atque humili mercaturâ illum sentire; magnos econtrâ, copiosos atque

D

atque

- atque splendidos Mercatores Nobiles ad Torneamenta admissos, evidens existet Add. Limn. d. l. n. 70. 71. seqq.
8. *S.* Nec (II) nobis fibulam iniicit Ord. Cam. p. 1. iii. 6. pr. Das Cammer- Richter und Beyfizer sich aller Geschafft/ Rauff- und anderer Handel gänzlich enthalten sollen: & nuperr: R. J. de An. 1654. *S.* Hingegen aber, verbis: Cammer- Gerichts Verwandte sollen sich keiner Wirthschafft oder Rauff- manschafft gebrauchen. *S.* Camerae quippe Adlesoribus his textib. Mercaturâ interdicitur, non tanquam re generoso ac nobili animo indigna, sed ne ejus negotiis multifariis impliciti, segnius justitiæ administrandæ, cujus tamen cura maximè eos torquere decet, vacent. arg. verb. in d. 1. Ord. Cam. Das Cammer- Richter und Beyfizer allein dem Cammer- Gericht aufwarten / und sich sonst aller Geschafft. 2c.
10. & arg. l. 2. ff. de Nund. *S.* Non (III) quidquam nobis negotii facessit, quod in plerisque Germaniæ locis Investiturâ aut privilegio Nobilibus concedi soleat Das Braus Haus / Malz- Haus / Schenckrecht. 2c. Pfeil. cent. 2. cons. 202. n. 25. & p. 101. unde colligere possis aliàs & proprio jure Mercaturæ jus sibi attribuere non posse. *S.* Verum, licet
11. (a) hæc omnia largiamur, magis tamen nostram firmabunt sententiam, quam destruent, eo ipso enim Nobilitatem cum Mercaturâ consistere posse, constat. Rauchb. q. 27. Mynsing.
12. dec. 15. Resp. 1. q. 3. n. 77. *S.* (b) specialiter dicta jura sibi à superioribus tribui desiderant Nobiles, non quasi alias libero Commerciorum usu careant, sed ut ne ab aliis in ejus juris exercitio turbentur, & eandem authoritatem in locis
13. non privilegiatis alii sibi sumere conentur. *S.* (c) Imò etiam hoc sine quia citra hanc concessionem vel expressam, vel tacitam, in locis, ubi Landsassiatu viget, Nobiles novas tabernas in præjudicium & detrimentum aliorum erigere prohibentur, vid. Bâyrische erklärte Landsfreyheit art. 5. p. 3. Bass. controvers 40. n. 7. It. Bâyrische Policeny = Ordn. lib. 1. tit. 1. a. 13. In Franconiâ autem, Sueviâ, aliisque locis, ubi Landsassiatu exulat, nec clausa habentur territoria, pertinet erectio Tabernarum ad Dominos *Vogthia* teste Mager.

Mager. *de Advoc. arm. c. 10. num. 263.* Thom. Michael. *de Jurisd.*
lib. 103. & quotidianâ experienciâ. Unde ibidem non opus
est speciali concessione, sed nobiles citra ullam Nobilita-
ti adpersam maculam cerevisiam coquere & aliis divende-
re possunt Rauchb. Myns. *cit. loc.* §. Quod & si non 14.
nulli limitent in Principibus ex Rescripto Imperatoris Ru-
dolphi II. ad Henricum Julium Ducem Brunsvicens. d. 4.
Aug. Ann. 1576. per verba: *Wey Fürstlichen Ständen und*
Wesens = Personen seye das Brauen zum feylen Rauff nicht
allein ungewohnlich / sondern auch verkleinerlich / referente Gol-
dart. Tom. 2. der Reichsh. fol. 326. §. Mos tamen cum con- 15.
trarium ubique ferè introduxerit, nil amplius prohibet,
quo minus etiam liceat Principibus illum execere: unde in
Bavariâ aliisque provinciis potestas coquendæ, vendendæque
cerevisiæ, præsertim certi cujusdam generis, privativè residet
apud Electorem & Principes. §. An autem Nobilitati ab Im- 16.
peratorio jubare radios suos repetenti, aliquâ generali vel spe-
ciali Germaniæ consuetudine, præter voluntatem Imperatoris,
per mercaturam detrahi possit, meritò hæsitaveris. §. No- 17.
bilitandi enim jus, uti & alias dignitates conferendi, in-
ter augustissima Cæsareæ Majestatis Reservata connumera-
tur. Schvveder. *Introd. in Jus Publ. P. Spec. s. 1. C. VII. n. 6.* Vitriar.
Inst. Jur. Publ. L. III. T. II. n. 58. §. Nullus proin alius, quam 18.
solus Imperator, uti lege expressâ Naturam Nobilitatis,
quidque illi conveniat, quid repugnet, definire, ita & ta-
citiâ constituere potest, arg. *l. 32. & l. 35. ff. de Legib. & l. 3.*
C. quæ sit long. conf. §. Si dicas, conniventiam tamen & ta- 19.
citiâ Imperatoris approbatione consuetudinem istiusmodi
ab Imperii civibus introduci posse. Respondemus, si taci-
tus Imperatoris consensus est necessarius ad consuetudinem
constituendam, tunc illa non erit consuetudo civium Impe-
rii (omnis quippe consuetudo propriâ & nativâ vi subsistit,
l. de quibus 32. de LL. add. l. 2. §. fin. de const. pec.) sed ipsius Im-
peratoris, qui illam rursus pro lubitu vel lege expressâ vel
contrariâ tacitiâ extinguere poterit, arg. *l. 2. C. q. sit Long.*
conf. l. 32. §. 1. ff. de LL. §. Vel si velint cives Imperii, 20.
ut

ut istiusmodi consuetudo omninò subsistat, oportet ut Imperatori illam refellere atque extinguere volenti se opposuerint, isque ipsorum contradictioni adqueverit, & tempus
 21. legitimum elabi passus fuerit. §. Et quidem, si secundum Juris Civilis scita atque leges controversia decidenda sit, longum sufficit, si nec vi, nec clam, nec precariò consuetudinis illius usum nacti fuerint arg. *l. pen. in f. C. de præscript. longiss. temp.* aut si malà fide illam introducere præsumserint, seque Imperatoris prohibitioni opposuerint, longissimum tempus necessarium est ad præscriptionem, arg. *l. 3. l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* tumque non in vim consuetudinis, sed juris, aliàs non competentis, nunc legitime præscripti, valebit. §. Nec dimoveri à nostrâ sententiâ nos patimur per *l. 1. C. que sit long. cons.* Notum quippe est, in Rep. Rom. Municipiis, ut suis legibus viverent, indultum fuisse, *l. 37. de bon. aut. jud. poss. l. 21. §. ult. ad Munic.* — tam scriptis, quam non scriptis. Incongruè atque insipidè hinc colligat quis, quod in casibus expressè exceptis, qualis noster est, idem jus, eademque dispositio Statibus Imp. congruat. §. Nobilitati autem immediatæ Imperii, quæ in tres Classes, Franconicam, Suevicam, Rhenanam & districtum Alsaticum (nunc Gallici juris hic est) distribuitur, Schvv. *P. S. S. II. C. XVIII. n. 3.* plus juris hoc in passu, quam aliis Nobilibus mediatis concedendum esse, inde rectè quis colligat, quia jus habet, sine speciali veniæ impetratione, diætas, *Nittertäge* instituendi; & singulæ Classes singularis corporis speciem, suum Senatum Equestrem, Concilia, Magistratus, statuta, consuetudines. &c. obtinent, Schvved. *d. l. n. 11. 12.* quæ ipsis intacta hætenus atque
 24. illibata Imperator jura reliquit. §. Quod si in genere quis, ex vulgatissimâ regula, *Tantum potest Status unusquisq; in suo territorio, quantum Imperator in toto Imperio*, quemlibet etiam Statum jus Nobilitandi sibi adferere, adeoque legibus tam expressis, quam tacitis, limites illi, quas velit, constituere in suo Territorio, invito quoque atque reluctante Imperatore queat, colligere nitatur.
 §. Huic

§. Huic (a) opponimus, quod regula illa nimis laxa verbis 25.
sit, & innumeris exceptionibus obnoxia, quas videre licet
apud Lampad. de Rep. Rom. Germ. L. 2. c. 3. n. 19, 20. Zieg. ad
Aur. prax. Galvol. §. Landsassii, concl. 1. n. 108. seq. inter quas lo-
cum sibi vindicant Reservata Imperatoris, quale jus Nobili-
tandi unum est, idque perillustre. §. (b) Si Jus Nobili- 26.
tandi cuilibet Superioritatem Territoriale[m] possidenti compe-
teret, tunc hoc ipsum specialiter atque quasi vi territorialis ju-
ris non habentibus (vid. Limn. de J. P. lib. 6. c. 1. n. 30. seqq.)
Archiducibus Austriae, ut & Comites, Baronesque creandi,
tribuere supervacaneum fuisset, de quo speciali privilegio
attestantur ex aliis Nolden in dissert. de Nobil. n. 20. &
Fritze. de Nobil. Th. VIII. §. Vix tamen ausim negare, quod 27.
quilibet Status in suo Territorio, vi suae Superioritatis, ut alia
ferè omnia Regalia exercere, ita quoque hominum quoddam
genus communi aliorum sorti eximere, illudque certis insigniis
atque privilegiis ornare queat, quod tamen Nobilium proprie
ita dictorum, & qui per universum Imperium vel extra illud
pro talibus habeantur, rationem atque naturam nunquam in-
duere possit, sed duntaxat honoratiorum & digniorum in di-
strictu aut Territorio civium & loco & nomine gaudere.

CAP. VII.

*An in locis, ubi consuetudine recepta Mer-
catura Nobilitati detrahit, Pater mercator Filii
Nobilitati praedictum creare possit,
explanat.*

§. Coronidis loco adjicere libet, quod nihil Filii Nobili- 1.
tati noceat, Patrem mercatorem fuisse, in illis etiam locis,
ubi consuetudine regionis aliàs Nobilitas per Mercaturam ob-
umbratur. §. Si Nobilitas per longam Majorum seriem con- 2.
tinuata sit, arg. l. cum quis 3. ff. de interd. & releg. aut beneficio
Principis sibi & posteris concessam Pater accipisset, l. emancipat.
7. §. ult. ff. de Senat. §. Absurdum enim esset à Patre suo au- 3.

D 3

ferri

ferri filio, quod non à solo Patre filius habet. In genere autem Parentes filiorum honori detrudere non possunt, *L. inter. 6. §. filius. f. ff. de Adult. & quæ sita dignitas liberis propter crimen patris auferenda non est, l. generali. de R. N. l. 2. §. p. de Decur. Nold. de Stat. Nobil. civ. n. 180.* Multo minus per Mercaturam, quæ in se, uti in antecedentibus demonstratum, nec crimen est, nec maculam infert. *§. Nec refert, an eo ipso tempore, quo filius conceptus est, Pater Nobilitatem amiserit, quia non tantum Patri conjungitur filius, sed etiam Avo per patrem, d. l. 5. 7. ff. de senat. l. dotem 6. ff. de Collation. §. Aliud autem dicendum atque statuendum de dativâ Nobilitate, quam Pater primum acquisivit, quâ amissâ non habet, quod filiis dare aut transmittere possit, l. 54. de R. 7. l. 20. ff. de A. R. D. alleg. Nold. d. d. n. 178. §. Hinc nihil Ciceronis Consul. Romani Nobilitati offecit, Patrem habuisse Mercatorem: Ut & Nobilitati M. Æmilii Scauri, summi Viri, temporibus belli Jugurthini, quod Pater ejus paupertate adactus fuerit carbonariam exercere. §. Quod si à longo tempore Pater & descendentes ejus posteri ita Mercaturæ operam dedissent, ut omnem omnino Nobilitatis usum intermisisse & illam abjecisse haud vana conjectura subsit, meritò sibi præjudicasse censerì debent, arg. l. 10. l. 18. quem. serv. amitt. l. pen. & ult. de servit. l. 9. §. pen. q. met. caus. 8. §. Atquæ hæc sunt, quæ circa discussionem propositæ quæstionis adducere licuit. Quod si non omnia limam sapientiam politioem, sed rudi multâ Minervâ, uti nulli dubitamus, conscripta sint, maleque cohæreant, ut & parum firmis quidquam condonet humeris, & ipsi quoque argumento delicatiori, & quod plures hæctenus oppugnatores, quam defensores, reperiit, velificandum fuisse, consideret,*

L. B. enixè rogamus.

S. D. G.



'EΠΙ'



ἘΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

Qui Majestatem immediatè à Deo in Imperantes transfundi existimant, mera miracula, sublato omni natura ordine consueto, docent.

II.

Magis est ut dicamus Majestatem per pacta in libertate naturali viventium enasci.

III.

Non omnia generaliter nec prohibita, nec specialiter permessa, Vicariis Imperii ita concessa censentur, ut vigore A. B. possint ea quæ Imperator.

IV.

Promittit quidem Juramento electus Imperator, se acta Vicariorum rata habiturum, non tamen omnia indifferenter ratificare tenetur.

V.

Juramentum super contractu ipso jure invalido interpositum, ipsum quidem contractum de Jure Canonico validum non reddit, est tamen juramentum, ne perjuriis temerè occasio prebeat, servandum.

VI.

Multa quidem Pontifex potest, non tamen potest invito Episcopo, si iam confirmatus atque consecratus sit, sine causâ Episcopatum auferre.

VII. Va-

VII.

*Vasallus Dominum in acie deserendo feudò privatur,
etiãsi dominus periculum inde non incurrerit.*


VIII.

*Si autem jam casus sit Dominus, vel lethaliter vul-
neratus, illum deserendo nullam pœnam incurrit va-
sallus, quamvis ex probabili tantùm causâ existimet do-
minum esse mortuum vel vulneratum.*

F I N I S.










ULB Halle

3

005 129 206







1,277.
ad. p. 1047. 12

TICO - JURIDICA
VESTIONE

~~559~~

1699

TVRA ATEM CET

ivam

LIANTE

FICO atque AM-
TRI RAVRACA
ORDINE

*no in utroque Jure
figio*

olenni Eruditorum

ponit

PELLERVS,

enlis.
r. M DC IC.

solitis.

E Æ,
BERTSCHII.